

IUDICIVM DE COMETIS.

conicēt, qui putredinē aeris & pernitiosos inde morbos nascituros metuit. Et si quis ex inspectione Cometę hoc percipere posset, huic certè signum esset minimē contemnēdū succedentiū malorū. Sed quia nō est perpetuū ad eo q̄r̄ rarò fit, ut, cum aer summus completur halitibus siccis, etiam inferior grauioribus & putredini obnoxīs inferciatur, incerta est omnis hinc sumpta coniectura.

Quid ergo, dicet fortè aliquis, frustrā ne Cometæ toutes nobis in sublimib. apparent? Quod si nec cause sunt nec signa ullius rei, frustra certè fiūt. At Deus & Natura nihil faciunt frustra, Sic eīm scribit alicubi Aristotel. ο θεὸς οὐκ ἔχει μάτια ποιούσιν. Præterea nimis est audax facinus, negare uim omnem significandi Cometis, quia ratio eius rei nulla nobis occurrit. Per multa eīm sunt, quo rū usu & operationib. carere uix, imò potius nullo modo possumus, tametsi operationum, quib. nobis, p̄sunt, causas nunquā intellexerimus. Non omnia ratione inuestigātur & inueniuntur, sed plurima reperit usus (quædā etiam casus) & probauit experientia. Eadem cum per tot iam secula demonstrauerit Cometarum apparitionē, sub inde comitari aut consequi insignes calamitates, nō prō nihilo ducenda est tam longa, tam diligens, tam c̄p̄ accurata obseruatio. Meritò igitur cedit hoc in loco experientiæ ratio.

Speciosè et probabiliter magis ista dicuntur, quā uerè. Primum eīm nō sequit̄, Cometas frustra in cœlo uel aere lucere, quia non præmōstrat nobis calamitates, quarum supra facta est mentio. An enim alium usum præstare non possunt? Sed nec illud sequitur, nullius ipsos rei causas uel signa esse, quia non sunt horum malorum causæ uel signa. Quoniā multa alia tum efficere, tum significare possunt. At non scimus, quænam alia uel efficiat uel significent. Fateor sæp̄ nos, quid res aliqua possit, aut cuius rei gratia facta sit, cōpertū nō habere. Quis eīm est, qui ignitorum Meteororum omniū, & eorum insuper, quas επέρσεις & partæcias Aristot. nominat, usum sigillatim ex

B. 3. plicare